

à motu superiorum: quam denique in Terræ annuo motu causam afferet? Is enim neque apud Ptolemæum neque apud Copernicum Aequante indiguit. Quare & hæc incerta lis sub Astronomo iudice pendeat.

## C A P V T XXIII.

*De initio & fine Mundi Astronomico & anno Platonico.*

**P**OST epulas, post fastidium ex saturitate, veniamus ad bellaria. Problemata duo pono nobilia. Primum est de principio motus; alterum de fine. Certè non temerè Deus instituit motus, sed ab uno quodam certo principio & illustri stellarum coniunctione, & in initio Zodiaci, quod creator per inclinationem Telluris domicilij nostri effinxit, quia omnia propter hominem. Annus igitur Christi 1595. si referatur in 5572. mundi (qui communiter & à probatissimis 5557. censetur) veniet creatio in illustrem constellationem in principio V. Nam anno primo assumpti numeri, die Aprilis 27. Iuliano retrò computato, feriâ primâ, quidies Creationis omnium est, horâ vndecima meridiei Borussiæ, quæ est sexta vespertina in India, talis exhibetur cœli facies à prutenico calculo.

○	3	V
☽	3	Δ
☿	15	V
♃	10	V
♂	24	II
♀	10	ꝝ
♐	3	V
♒	18	mp

Motus ♂ ♀ & ♐ paulisper morare, aut promoue, & venient in loca cognata, & forte ♐ in o. Δ ad ☽. Scaliger male Nouilunum vult. Nam Luna in potestatem noctis cōdita, nocte utiq; prima fulsit. Verisimilius initium calculus multis retrò porroque annis non suppeditat. Sed si rationes sequamur, oportet hoc initium, ○ in Δ versante, quærere, nempe hac cœli facie,

L o V